Bonaventura, Heiliger; Levet, Pierre [DruckerIn]; Johannes Peckham [Mitarb.]: Tractatus breuis domini Bonauture de modo se preparandi ad celebrandum missam

Paris, ca. 1486-1490 [GW 4669] [Sack 748] Seite 5b

salutaris accipere et sacrificare hostiam laudis idest iesum christum. Sexto caritas et cōpassio primoꝝ cum ꝓ salute viuorum et requie defunctoꝝ nichil efficacius valeat q̄ christi sanguis effusus in remissionem peccatorum. Septimo laus dei et sanctoꝝ cum non habeamus melius quo possimus deum et sanctos suos pro sua dignitate laudare q̄ christum sacramētaliter deo patri imolare. Octauo dei amor ⁊ dilectio vt eum ad te inuites et ꝑ inuiscerationē spiritualis refectionis in te ipso eum delectabiliter amplectaris. Nono sitis et desiderium augende caritatis christi per augmentum graꝝ et carismatum. qꝛ hoc sacramētum fontem continet graꝝ ⁊ sanctificationē et auctorem salutis dn̄m iesum christū. ideo dicitur eukaristia id est bona gratia. Cetera vero sacramēta fluenta sunt et riuuli gratiaꝝ q̄bus sanctificamur christo ardor et suspirium quo totis visceribus virtute huius excessiue caritatis et dulcissime refectōnis cupias sanctificari ab oī inquinamento carnis et spiritus. et eripi ab omnibus ꝑiculis ⁊ tentationibus/ac inseparabiliter vniri christo saluatori et cōseruatori in amore suo. Unde īquit christus. Joh xvi. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego/illic sint mecū/⁊ sint vnum sicut et nos vnum sumus. Secundo dirige mentem ⁊ debitam intētionem ac ꝓpositum circa ea que agere debes/ scilicet deum per latriam colere. Cultus autē latrie soli deo debetur. et est honor impensus summo creatori ex debito seruitutis quo obligamur non solum nostra/sed et nosipsos impendere ꝓ suo honore etiam morti si expedierit ī recognitionem suorum beneficiorum et sue immense bonitatis nobis ostense et hoc corde contrito ⁊ huiliato corpore et toto affectu et habitu gestibus et signis ꝯsternētes nos ante sue maiestatis oculos et sacrificiis ⁊ muneribus cōuenerantes referentes ad ipsum omnem spem nostram et desiderium nr̄m. tanq̄ in finem vltimum propter quem omnia expectantes ab eo omne meritum et retributionem bonorum nostrorum et maloꝝ secūdum retributionem iustitie sue: suiq; beneplaciti. Aliis autem sanctis perhibetur honor et deuotio que vocatur dulia que non est cultus nec adoratio/sed subrogatio ⁊

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/bonaventura1486/0014
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg